Lexici Pliniani

Specimen alterum.

Primum, quod ante biennium edidi, *Lexici Pliniani* specimen tam benigne et ab amicis privatim acceptum est, et publice a tribus, qui ei contigerunt, Censoribus, in Iahnii Annall. litt., in Gersdorffii Repertorio et in Actis Provincialibus Saxonicis, ut iam confidentius paullo alteram, quam additurus fueram, partem in lucem emittam, in qua si Traiani epistolas Pliniique Panegyricum, quas in priore parte neglexeram, respectas deprehendes, amici cuiusdam id factum esse auctoritate scito, quae multum apud me valeat. Ceterum data potestate errorem profitebor, qui istic mihi elapsus est, locum ex Epist. VI. 16., s. v. *abeo*, alteri paragrapho adscribenti, quem primae subiungere debebam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Acanthus. Acanthus in plano mollis, et paene dixerim liquidus V. 6. §. 16. (*cf. Veenhus. et Gesner.*). acanthus hinc inde lubricus et flexuosus *ibid.* §. 36.

accedo. 1. *proprie.* a. *absolute:* quo propius accederet VI. 16. accedunt (*homines ad delphinum*) IX. 33. Haeret lateri tuo, quisquis accessit *Pan.* 24. — b. *cum accus.:* accedenti Carthaginem VII. 27. — c. *praepos.* ad: accedis ad consulis sellam *Pan.* 64. — 2. *Translate cum dat.* a. Nam plerisque (*rebus*) longiore tractu (*al. et Prag.* tractatu) vis quaedam et pondus accedit I. 20. quod ipsum salubritati regionis . . . accedit V. 6. §. 45. quid, si huic oneri novum accesserit? V. 8. Scis tu, accessisse pretium agris, praecipue suburbanis? VI. 19. (*dass die A. im Preise gestiegen sind? cf. Cort.*) Neque enim sum tam sapiens, ut nihil mea intersit, an iis, quae honeste fecisse me credo, testificatio quaedam et quasi praemium accedat V. 1. ut . . . villulae nostrae maxima commendatio ex tuo contubernio accedat II. 17. quibus singulis (*rebus*) multum commendationis accessurum etiam ex meis precibus, indulgentiae tuae credo X. 3. Num ergo tibi ex immortalitate patris aliquid arrogantiae accessit? *Pan.* 11. quin etiam plerisque ex eo reverentia accesserat, quod tu quoque illos reverebare *Pan.* 19. hic enim supremus eius felicitati cumulus (*Rom.* calculus) accessit, laudator eloquentissimus II. 1. (*cf. Cort. ad h. l. et locc. ap. Forcell., quibus edoceri se patiantur, qui istam loquendi rationem in suspicionem vocare conati sunt*). — b. Accedebat his caussis, quod I. 8. His accedit, quod II. 19. (*Prag.* Accedit his). Accedit his, quod, si IV. 12. Accedet ergo hoc quoque laudibus principis nostri, quod III. 18. Accedit lacrimis meis, quod VIII. 23. — Accedit his studium litterarum IV. 19. — c. *absolute:* Accessit vinculum necessitudinis publicae V. 15. Accedunt querelae rusticorum VII. 30. — Accedit, quod tibi certamen est tecum VIII. 24. Accedit longa iam caritas hominis V. 19. (huc *omitt. optimi codd.*). — d. *cum adverbio:* Ero enim vel cautior in continendo, vel constantior in edendo, si huc vel illuc auctoritas tua accesserit V. 13. Accedit huc dignitas hominis IV. 17. — e. *cum praep.* ad: quoque propius accesseris ad spem fruendi, hoc impatientius careas VI. 1. ut ad summum honorem gloria celeritatis accederet *Pan.* 91. — 3. = *assentiri. c. dat.:* si mihi accederes I. 20. si denique precibus meis tu potissimum adiutor accesseris IV. 15. Confido, accessurum te sententiae meae IV. 10. omissa sententia sua, accessit releganti (*sententiae*) VIII. 14. cui sententiae accesseris X. 49. *Trai.* — 4. Debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam effervescere, efferri, ac saepe accedere ad praeceps IX. 26. (*an's Kühne streifen, quae singularis esse videtur locutio*).

accelero. occasum reipublicae accelerat (*malus princeps*) *Pan.* 26.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

accendo. 1. *proprie:* angulus, qui purissimum solem continet et accendit II. 17. §. 7. (i. e. radios solis undique repercussos efficit efficaciores. *cf. Gesner.*). — 2. *Translate:* quae soleant commendare simul et accendere iudicum consessus II. 19. quamvis intentionem eorum nulla hinc et inde collatio, nullum quasi certamen accenderet IV. 5. Est enim ita natura comparatum, ut nihil aeque amorem incitet et accendat, quam carendi metus V. 19. quasi stimularent et accenderent (*oratores*) VI. 5. Tunc enim illum imitationis ardor, semperque melior aliquis accenderet *Pan.* 13. — cuius (*libertatis*) dulcedine accensi VIII. 14. §. 3. — *seq. praepos.* ad: sed quod (*spectaculum*) ad pulchra vulnera contemptumque mortis accenderet *Pan.* 33. Accensa est iuventus, erexitque animos ad aemulandum *Pan.* 70. sed eo magis ad desiderium tui accendor VI. 7. — *seq.* ut: Sed hoc ipso . . . incitor et accendor, ut cupiam X. 50.

accerso. = *accio.* tamen accersamus Scaurum VI. 25. (*sic Medic., Helmst. et Prag., qui* accersiamus *habet, antiqua forma, quae passim in Mss. obtinet, qua de re sufficit inspexisse Oudendorpiana ad Caes. B. G. I.* 31. 4., *quibus facili negotio exploduntur quos Drakenb. ad Liv. III.* 45. *et van Staveren. ad Nep. Dion.* 2. *in sua ipsius viscera* (*Attic.* 21.) *saeviens, scrupulos iniecerunt. De orthographia huius verbi, nam alii libri praebent* arcessamus, *notissima scripturae discrepantia, cf. Cort. ad h. l. mitius de hac forma iudicantem, quam ad Lucan. I.* 166. *al.; quid quod Munckero ad Hygin. p.* 142. „accerso *pro* arcesso *videtur inveteratus error.*“ *Sed cf. prudenter disputantem Kritzium ad Sall. Cat.* 40. 6., *qui ubique* accersere *formam Sallustio vindicat* acciundi *significatione; quidni* accusandi *quoque? cf. Doederl. et alios ap. Forcell.*

accĭdo. 1. = *evenire a. cum nominat. subiecti:* ominosa res accidit III. 14. accidit enim res contraria et nova, ut III. 9. §. 34. eodem tempore tanta diversitas accidit casu, non quod casus videretur VI. 33. Domitianus, sub quo haec acciderunt VII. 27. Accidit aliud ante pauculos dies simile IX. 23. ne rursus eveniat, quod accidit X. 46. Doleas enim, quantum scias accidisse; timeas, quantum possit accidere VIII. 17. — *seq. praepos.* in: Quod in ampullis ceterisque generis eiusdem videmus accidere IV. 30. — ut accidere multis in locis video IV. 13. — b. *cum dat. personae:* verebantur, quod videbant multis accidisse, ne V. 1. Nam cui non est verendum, quod videmus accidisse Verginio? VI. 10. quod audio accidisse Curtio Rufo VII. 27. — quibuscunque censendi necessitas accidisset *Pan.* 54. — *per euphemismum pro morte:* timentemque pro capite amicissimo, quicquid accidere homini potest III. 17. Fannius, quod accidit (*i. e. mortem suam*) multo ante praesensit V. 5. Suspicor enim tale nescio quid Robusto accidisse, quale . . . Crispo VI. 25. — 3. *absolute, seq.* ut: a. Accidit quidem, ut corpora . . . decrescant *Pan.* 61. — b. nec refert, quemadmodum acciderit, ut . . . coenarem II. 6. Unde accidit, ut hi . . . debilitentur II. 19. Forte accidit, ut . . . in advocationem . . . rogarer VIII. 21 — c. *seq.* quod: Accidit fortuitum (sed non tanquam fortuitum), quod . . . Certus . . . decessit IX. 13. — 2. *cum ablat. originis:* Accidit hoc primum imbecillate ingenii mei, deinde inopia IV. 18. Accidit hoc una eademque de caussa IX. 8. — 4. = *attingere, cum dat.:* ex utra parte maior auribus nostris accidat clamor. *Pan.* 92.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

accingo. accinctus; *transl.* = *paratus:* a. comitatus accinctus et parens *Pan.* 20. — b. *cum praep.* in: tamque in omnia pariter intenta bonitas et accincta, ut *Pan.* 30.

accio. Imploratus adoptione et accitus es *Pan.* 6. (*cf. Tac. Hist. II.* 1. *ap. Forcell.:* accitum (*esse*) in adoptionem).

accipio. I. *De personis* 1. *accipientium voluntate non indicata.* A. *proprie.* Paene praeterii . . . accepisse me caryotas optimas I. 7. Accepi pulcherrimos turdos V. 2. ut, dum priora accipit, posteriora mereatur II. 13. quod (*salarium*) acceperat scribae daturus IV. 12. Accipies cum hac epistola hendecasyllabos nostros IV. 14. Accepi litteras tuas V. 2. (*sed optimi libri Med., Prag., Rom. et alii exhibent* recepi, *quod igitur praeferendum videtur*). quam (*orationem*) cum hac epistola accipies IX. 4. Epistolam tuam iucundissimam accepi (*sic Med., quem sequitur Cort., relicui* recepi. *cf. Cort.*) IX. 11. Accepi tuas litteras (*sic nonnulli libri, optimi* Recepi, *quod Cortio iam probatur. cf. ad* IX. 11.) IX. 17. an acceperim (*litteras*) quaeris: non accepi eas, accipere gestio IX. 28. Accepi librum, quem misisti (*sed optimi* Librum, quem misisti, recepi, *quod Cort. iam recepit*) IX. 35. quem (*librum*) tibi, qualem acceperam, misi X. 56. liber, quem forte acceperat grandiorem II. 1. nec postea aut epistolas eius, aut aliquem de exitu nuncium accepi VI. 25. librum, quem cum hac epistola accipies VIII. 19. quod (*munusculum*) esse quam fructuosissimum non illius magis interest, quae accepit, quam mea, qui dedi VI. 3. Accepit amoenissimas villas, accepit magnam pecuniam uxor optima VIII. 18. quidam . . . publicorum servorum officio ministerioque funguntur, atque etiam, ut publici servi, annua accipiunt X. 40. id, quod pro multis et olim accepisset X. 111. — ut statuas principum, quas . . . traditas mihi, quales acceperam, custodiebam, permitteret in municipium transferre X. 24. — nec socium hereditatis accipiat *Pan.* 38. Dedi malum (*virum*) et accepi III. 9. §. 3. — Accipimus obsides ergo, non emimus *Pan.* 12. quum donativi partem milites accepissent . . . populus . . . totum . . . accepit *Pan.* 25. quodque gratissimum est accipientibus *Pan.* 27. id . . . populus accepit *Pan.* 28. transfers, quod iudicio (*principis*) accepisti *Pan.* 50. Accepisse te beneficium credes, quum propius inspexeris hominem VII. 22. non tam accepisse te beneficium, quam dedisse *Pan.* 6. — B. *translate.* a. *de magistratibus et honoribus:* et qui accepissent (*magistratum*) *Trai.* X. 84. Gratularis mihi, quod acceperim auguratum IV. 8. Nam collega Cesti consulatum, successorem Cestus accepit IX. 13. ut eundem honorem omnes sibi et dedisse et accepisse videantur *Pan.* 62. Alii consulatum ante quam acciperent, tu et dum accipis, meruisti *Pan.* 64. contigit intueri parem accipientibus, honorem qui dabat *Pan.* 71. Facturus consules doceat, accepturisque amplissimum honorem persuadeat, scire se, quid sit, quod daturus sit: sic fit, ut illi quoque sciant, quid acceperint *Pan.* 77. gratioresque accipientibus honores arbitrabantur *Pan.* 91. nos duos consulatus accipimus simul *Pan.* 91. — b. legesque ut acciperent, dabant *Pan.* 11. quum leges amandi non det, sed accipiat? *Pan.* 87. — c. Cornutum Tertullum accepisse Aemiliae viae curam V. 15. — d. *de vulnere proprie et transl.:* ac si quod (*telum*) durius accipienti videretur, ipse vibrares *Pan.* 13. — Grave vulnus Macrinus noster accepit. Amisit uxorem (*Prag.* amissa uxore) VIII. 5.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Non possum exprimere verbis, quantum animo vulnus acceperim V. 16. — e. *solatium:* illud solatium doloris accepit, quod filio . . . habitus est honor statuae II. 7. — f. *iniuriam:* Ut scias, non posse Attilium, me incolumi , iniuriam accipere (*kein Leid befahren*) VI. 29. — g. *sensu forensi α. de iudicibus et defensoribus, qui alicui conceduntur:* advocatum expostularant et acceperant V. 20. iudicibus acceptis in senatu remansit VI. 29. — *β. de tempore, quod ad dicendum datur:* Nam duodecim clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additae quattuor II. 11. Nam quum accusator ex lege sex horas, novem reus accepisset IV. 9. — *γ. Urlaub:* accepto, ut praefectus aerarii, commeatu III. 4. — *C. cum praepos.* a: Accipiam a socru (*pecuniam*) III. 19. dabantque operam (*parentes*), ne a me pecuniam non nisi dignus accipiat, si acceptur us et ab ipsis erit (*praeceptor*) IV. 13. Debent autem sapientes viri, ut tu, tales quasi a republica liberos accipere, quales a natura solemus optare IV. 15. si . . . quartam partem ab heredibus eius accipias V. 1. qui nunc exiguissima legata . . . accipient ab herede VII. 24. quid si cohere dem non a filio accipiat *Pan.* 38. quum . . . acciperem a medico potionem VII. 1. Reddat praemium sub optimo principe, quod a pessimo accepit IX. 13. exigis, ut accipi iubeam a te pretium agrorum VII. 14. a qua (*accusatrice*) et ipsa acceptum libellum his epistolis iunxi X. 67. acceptumque ab his (*Nicensibus*) libellum huic epistolae iunxi X. 87. — 2. *Cum voluntate accipientis (non raro igitur i. q. corrumpi):* A. a. uxorem, quam virginem accepit I. 16. erat uxor, quam ante annum virginem acceperat VIII. 23. — b. quas omnes (*copias*) improbe quidem, accepi tamen VI. 28. accipe orationem meam (*quam Pl. Romano misit*) VI. 33. Invitos ad accipiendum (*sc. pecunias publicas, quae provincialibus foenori darentur.*) *Trai.* X. 63. eadem legata, et quidem pariter, accipimus VII. 20. Hic hereditates, hic legata, quasi mereatur, accipit II. 20. sed lex munera quoque accipi vetat IV. 9. sola se munuscula . . . accepisse *ibid.* . qui contra legem munera acceperat *ibid.* . Gallinam, ut a te missam, libenter accepi VII. 21. Solus ergo ad hoc aevi pro munere tanto paria accipiendo fecisti *Pan.* 6. — Poposcit tabellam (*sic coni. Schaefer., quod confirmat Prag.; Med.* tabulam, *vulgo* tabulas), stilum accepit (*nahm, ergriff*) IV. 25. Egrediebatur domo (*Plinius maior*), accipit (*alii* accepit) codicillos (*nahm die Schreibtafel hervor, in quibus observationes suas de Vesuvii eruptione aliisque phaenomenis notaturus erat*). VI. 16. — b = *corrumpi:* quum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, pecunias accepisset II. 11. septingenta millia, quae acceperat Marius *ibid.* §. 19. (*Verba:* quae acceperat Marius *iterantur vulgo* §. 20., *ubi tamen ab optimis libris melius omittuntur.*). ipse praeterea accepisse sestertium decem millia II. 11. Vicentinis, quod acceperat, redderet V. 14. quod solum potuit . . . arrogantius facere, quam si accepisset (*pecuniam*) VIII. 6. — B. *Cum praepos.* a: Hoc illum onerabat, quod homo simplex et incautus quaedam a provincialibus, ut amicus, acceperat IV. 9. — *Cum praepos.* ex: *α.* An . . . successorem e sinu uxoris accipias? *Pan.* 7. — *β.* Sua manu reliquerat scriptum, quid ex quaque re, quid ex quaque caussa accepisset (*sc. ut corrumperetur.*) III. 9. § 13. — II. *De rebus.* a. *proprie:* A. quantum aquarum et unde accipiat (*lacus*) *Trai.* X. 51. quia devexa terra, quicquid liquoris accepit, nec absorbuit, effundit in Tiberim V. 6. quae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(*Tiberis*) solet flumina accipere VIII. 17. ac si quid, ante quam subduceretur (*lacus*), acceperit, servat et profert VIII. 20. — plerisque (*cubiculis*) tam mundis, ut accipere hospites possint II. 17. patentibus fenestris favonios accipit transmittitque (*cryptoporticus*) II. 17. — Accipiet ergo aliquando Capitolium non mimicos currus *Pan.* 16. — Nos sub oculis tuis augustior solito currus accipit *Pan.* 92. — Ergo non alia nos pagina, quam quae te consulem accipiat, et nostra quoque nomina addentur fastis *Pan.* 92. — B. *Cum praepos.* a: Accipit (*villa*) ab hoc (*Apennino*) auras V, 6. — cubiculum tantum stibadio reddit ornatus, quantum accipit ab illo V. 6. §. 37. — b. *translate:* quae (*Graecia*) leges non victa acceperit, sed petentibus dederit (*sed Med. et Prag.:* quae leges non victis, sed petentibus d., *probantibus Cort., Gierig. et Schaef.*) VIII. 24. quod (*civitas*) . . . pro summo munere accipiet X. 75. — ac iam verendum est, ne (*scripta tua*) cogantur ad exhibendum formulam accipere (*i. e. ne iure cogantur, in publicum prodire. cf. Catan., Barth. et Gesner.*) V. 11. — ne gratia singulorum collata atque permista, pro singulis quoque vires omnium acciperet (*qui locus altioris est indaginis, nam Rom. habet* reciperet, *et Prag.* viris omnium inciperet, *quod Titzius probat; utinam explicasset!*) III. 9. §. 13. — si modo (*actio*) iustum et debitum tempus accipiat (*alii* accipiet *aut* acceperit) I. 20. — an inania et vana (*phantasmata*) ex metu nostro imaginem accipere VII. 27. — Verendum est, ne (*cunctatio*) inertiae et desidiae, vel etiam timiditatis nomen accipiat I. 10. quando secessus mei non desidiae nomen, sed tranquillitatis accipient? IV. 23. Inde plerumque eadem facta modo diligentiae, modo vanitatis, modo libertatis, modo furoris nomen accipiunt V. 21. — III. *sensibus percipere:* a. laudesque nostras avidissimis auribus accipit (*sic Prag.*, *relicui* excipit; *utrumque Latinum*) IV. 19. Assem para et accipe auream fabulam II. 20. Sed prius accipe caussas rogandi IV. 13. Accipe nunc, quid . . . iudicem IV. 20. Atque adeo, ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem coeli V. 6. Mane dum, et maiora accipe VIII. 6. — b. Accipe ergo, quod per hos dies actum est II. 11. Cur amplissimo (*legato*) gratius, accipe (*sic Prag., relicui omitt.* accipe) V. 1. Sed et illud, quod vel Pollionis, vel tanquam Pollionis accepi, verissimum experior VI. 29. Ego vero servo, quibus ex caussis, accipe VII. 11. — quod exponam, ut accepi VII. 27. — Igitur, ut necesse est, graviter accipias, senectutem tuam quasi paratis posteris destitutam (*esse*) VIII. 10. (*cf. Cortium, contra Buchnerum disputantem, qui interpunctione sublata verba* graviter accipias *cum nomine* senectutem *coniunxerat.*) — b. = *discere:* Accepi enim, non minus interdum oratorium esse, tacere, quam dicere VII. 6. Adde, quod difficile est tenere, quae acceperis, nisi exerceas VIII. 14. — quas (*artes*) plurimum refert, a quo potissimum accipiat III. 3. — c. = *intelligere, interpretari:* Atque haec sic accipi volo II. 5. ne aliter ac velim accipias, nisi te Kalendis statim consulem videro (*i. e. tibi consulatum gratulatus fuero*) IX. 37. — vereor, quam in partem iurisconsulti, quod sum dicturus, accipiant V. 7. — Nec aliter a cunctis omen acceptum est *Pan.* 5. (*cf. Brisson. de formm., lib. I. cap. CLII.*). — nam si ea facilitate proxima acceperis, qua priora, laus potius speranda, quam IX. 29. — cuius (*vitae*) pro Genitore me sponsorem accipe III. 3. — IV. *De computationibus:* quicquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi fieri iubebo (*sic boni codd. ap. Cort., et Prag., alii* ferri. *cf. Cort.*) II. 4.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vellem Africanae (*ferae*), quas coëmeras plurimas, ad praefinitum diem occurrissent: sed licet cessaverint illae, tempestate detentae, tu tamen meruisti, ut acceptum tibi fieret, quod quo minus exhiberes, non per te stetit VI. 34. (*cf. Cort.*).

acceptus. = *gratus:* neque acceptius genus gratiarum *Pan.* 3.

acclamatio. quum in dicendo assentationem vulgi acclamationemque defugerim I. 8. quod illas acclamationes aemuletur, quae fingendi non habent tempus (*kein erzwungener Beifall*) *Pan.* 3. Quod factum tuum a cuncto senatu quam vera acclamatione (*herzlich*) celebratum est. *Pan.* 71. Discant et principes, acclamationes veras falsasque discernere *Pan.* 75. Qui amoris ardor, qui stimuli, quae faces illas nobis acclamationes subiecerunt! *Pan.* 72. (*al.* exclamationes. *cf. Intpp.*) Comprobasti et ipse acclamationum nostrarum fidem lacrymarum tuarum veritate *Pan.* 73. acclamationes quidem nostrae parietibus curiae claudebantur *Pan.* 75. Vos proxime destinationem consulatus mei his acclamationibus approbavistis *Pan.* 95. (*De acclamationibus cf. praeter Ferrarium et alios, quos Forcell. et Pitiscus Lex. Antt. s. v. excitant, Arntzen. ad Pan. p.* 16., *Schwarz. ad Pan. p.* 352., *Casaub. ad Pers. p.* 65., *Mencken. de Charlataneria Erudd. p.* 278. *sqq. ed. Amst.*, *Le Clerc des Journaux etc. p.* 192. *annot.* — *In Erschii et Gruberi Encycl. hic, ut sexcenties in prioribus illius operis voluminibus, frustra praesidium quaeras.*)

acclamo. *cum dat.* a. *in bonam partem:* Quin immo consurgenti ad censendum acclamatum est, quod solet residentibus IV. 9. §. 18. (*cf. Buchner et Cort.*) — b. *in malam partem:* Erat sane prius, a paucis tamen, acclamatum exeunti V. 14.

accommodo. *cum dat.:* His tu, rogo, intentionem scribentis accommodes (*quod Buchner explicat* „non minore intentione, i. e., cura et studio legas, quam scripsi ipse", *cui favent Cort. et Ernest.*) II. 5.

accommodatus. = *aptus, conveniens.* a. *cum dat.* esse ibi aëra salubrem, et lac eiusmodi curationibus accommodatissimum V. 19. sed meae naturae accommodatius est credere *Trai.* X. 68. — b. *cum praepos.* ad: Sed tibi, Caesar, nihil accommodatius fuerit ad gloriam, quam penitus inspici *Pan.* 83. — c. *absolute:* quae (*aedes*) est accommodatior *Trai.* X. 59.

accresco. = *addi. Cum dat.* Nam veteribus negotiis nova accrescunt II. 8. (*sic Med. et Prag.*, *alii addunt praepos.* in, *ab Intpp. iam reiectam.*). Sibi enim accrescere putat, quod cuique astruatur *Pan.* 62.

accubo. = *accumbere. absolute.* Lotus accubat. III. 1. lotus accubat, coenat VI. 16.

accuro. accuratus = *diligens:* deos ipsos non tam accuratis (*i. e. artificiosis*) adorantium precibus, quam innocentia et sanitate laetari *Pan.* 3. me . . . magis silentio, quam oratione accuratissima profuisse VII. 6. Interea me quidam ex consularibus amicis secreto accuratoque sermone . . . corripit, revocat, monet, ut sistam IX. 13. §. 10. (*sic nonnulli exhibent, sed. codd. summo consensu habent* curatoque, *cf. Cort.*). — *Ad-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verb.: si quas (*epistolas*) paullo accuratius scripsissem I. 1. (*sed Med., antiquus Catanaei, Prag. et Rom. praebent* cura maiore *cf. Cort. et Titz.*).

accurro. sic ad omnes honores meos ex secessibus accucurrit II. 1. (*reduplicationem servant optimi codd., alii* accurrit).

accurso. accursantium populus (*sic nonnulli codd. Pan.* 23. *pro* occursantium *habent*).

accursus. accursu populi ad hoc (*ad coërcendos ignes*) uti *Trai.* X. 43.

accusatio. optime ex accusatione ipsa accusatoris fides aestimatur III. 9. §. 30. Theophanes, unus ex legatis, fax accusationis et origo IV. 9. totius accusationis auctoritas (*Gewicht*) III. 9. §. 20. Arguebatur enim multa in accusatione fecisse, quae . . . lege . . . tenerentur IV. 9. priores nostros etiam singulorum hospitum iniurias accusationibus voluntariis exsecutos (*esse*) III. 4. — Qua concordia, inquit, iniunctam nobis accusationem exsecuti sumus, hac VII. 33. — subornatus . . ., ut accusationem exarmaret III. 9. §. 29. — Ille accusationem vel fortuita vel voluntaria morte praevertit III. 8. — Nihilominus Baetica etiam in defuncti accusatione perstabat III. 8. — Admonitus, ut perageret accusationem, peregit invitus VI. 31. — Polyaenus caussas abolitae accusationis exposuit VII. 6. — et quum ex heredibus quidam, quasi reverentia Eurhythmi, omitterent accusationem VI. 31. (*alii* remitterent. *cf. Cort.*) Bithyni accusationem eius, ut temere inchoatam, omississe narrantur VII. 6.

accusator. accusatores IV. 9. §. 6. quod optime ex accusatione ipsa accusatoris fides aestimatur III. 9. §. 30. etiam invito accusatore VI. 31. tanquam . . . Salvii Liberalis accusatoribus affuisset III. 9. §. 33. Omnes accusatore domestico liberasti *Pan.* 42. accusatore praevaricationis damnato III. 9. §. 34. quod accusator eius praevaricationis crimine corruisset *ibid.* quum accusator ex lege sex horas, novem reus accepisset IV. 9. §. 9. Sertorius consularis et accusatoribus, quae petebant, et reo tribuit, vicitque numero V. 20. admonebat accusatores, admonebat reos V. 21. ut, sicut accusatoribus inquirendi, testibusque denunciandi potestas ex ea lege esset, ita reis quoque fieret VI. 5. — non accusatorem se, sed advocatum (*esse*) X. 85.

accusatrix. ut, missurum me (*tibi libellum Archippi*), notum accusatrici eius facerem X. 67. (*ubi cf. Rittershusii annot. de mulieribus accusatricibus, qua perlecta animoque in nomen „libellum“ intento non facies cum Freundio, qui Lex. s. v. non agi de muliere litigante existimat; Forcell. recte accipit.*). Libellos Furiae Primae accusatricis, item ipsius Archippi . . . legi. *Trai.* X. 68.

accuso. quem non deberem accusare III. 4. accusare damnatum II. 11. quod sibi licuerit, non accusare VI. 31. ut, dum defenditur, turpis, dum accusat, sceleratus probaretur VI. 22. egit ipse pro se, nullo accusante V. 14. accusantibus Afris (*Marium*) II. 11. Provinciis . . . accusandi necessitatem remisisti *Pan.* 70. Accusavi Marium Priscum VI. 29. Clavium Fuscum . . . et Stillonium Priscum . . . accu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

savimus III. 9. §. 18. quos ille sub Nerone accusaverat I. 5. flagitiis addidit, ut quem deceperat accusaret VI. 22. quum Castam accusarem III. 9. ut qui (*Claudius*) ipsum senatusconsultum apud senatum accusaret VI. 13. — Nam defensus expeditissime, accusavit vehementer VI. 22. credebatur sponte accusasse (*unberufen*) III. 7. — Accusatus est sub Vespasiano a privatis duobus IV. 9. Accusatus non minus acriter, quam fideliter defensus IV. 9. Etenim quam dubium est, an merito accusetur, qui (*Prag.* ita) an omnino accusetur, incertum est? IV. 10. — Arguebatur enim multa in accusatione fecisse, quae illa ipsa lege, qua Bassum accusaverat, tenerentur IV. 9.

acer. 1. *proprie. De sensibus* a. *active:* quam (*gallinam*) satis acribus oculis, quamquam adhuc lippus, pinguissimam vidi VII. 21. . (*hoc genus reditus*) magnam fidem, acres oculos, numerosas manus poscit IX. 37. — b. *passive:* non tamen acres et immodicas (*auras*) V. 6. §. 14. Ut enim, si coenam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque miscerem, ut obtusus illis et oblitus stomachus his excitaretur VII. 3. — 2. *translate.* a. = *violentus, strenuus, severus:* favor et misericordia acres et vehementes primos impetus habent II. 11. qui est acerrimus stimulus monendi, laudibus incitavi (*adolescentem*) V. 17. Timor est emendator acerrimus VII. 17. (*sed Med. et Prag. habent* asperrimus, *cui patrocinantur Cort., Gesner, Gierig. et Titz., nec iniuria, nam timor est asper, ut lima aspera cf. Cort.*) — praetor, acer et fortis vir IV. 29. (*idem audit in proxime sequentibus* severus). Nam defensus expeditissime, accusavit vehementer; nec minus acer (*energisch*), quam bonus et sincerus apparuit VI. 22. vir subtilis, dispositus, acer, disertus II. 11. (*cf. Cort.*) sit modo silentium acre et intentum et cupidum ulteriora audiendi II. 10. acres enim esse, non tristes volebamus I. 2. (*ubi Ernest. utrumque bene explicat*). Intervenit enim acribus illis et erectis frequens necessitas computandi VI. 33. (acria *et* erecta *modo* elata *et* pugnantia *dixerat: scharfe Passagen. cf. Ernest., Muncker. ad Hygin. p.* 40., *Vavassor de vi et usu etc. p.* 468. *ed. Kapp.*). — b. = *sagax, perspicax:* Nam licet acriora sint, quae legas, altius tamen in animo sedent, quae pronunciatio . . . dicentis affigit II. 3. (*i. e. eiusmodi, ut mens ea acrius et plenius perspiciat, cf. Ernest.*) sed acri intentione diiudicandum est IX. 26. quas (*rationes*) acri magnoque iudicio ab origine caussisque primis repetit I. 22. Sed erat acre ingenium, incredibile studium, summa vigilantia III. 5. Erat puer acris ingenii, sed ambigui IV. 2. Erat homo ingeniosus, acutus, acer III. 21. — Est opus pulchrum, validum, acre IV. 20.

acriter. *translate:* Audivi caussas agentem acriter et ardenter, nec minus polite et ornate I. 16. pugnat acriter (*Isaeus sc. verbis*) II. 3. Accusatus non minus acriter, quam fideliter defensus IV. 9. — Nam pronunciat acriter, sapienter, apte, decenter etiam V. 19. dixit pro Vareno Homullus calide, acriter, culte; contra Nigrinus presse, graviter, ornate V. 20. — *Comp.:* Quod ipse, qui recitat, aliquanto acrius scriptis suis, auditorum reverentia, intendit V. 3. ipsa loca, in quibus esse una solemus, acrius me tui commonent VI. 1. quanto ipsum acrius severiusque corripui (*sc. verbis*) IX. 21. amicus acrius et instantius . . . inquit VI. 20. iudicio tamen,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et quidem tanto acrius, quanto magis amo (*Fuscum*) VI. 26. — si attenderes acrius, strepitus vinculorum (*auditus est*) VII. 27. — *Superl.:* tunc acerrime emendo (= *diligentissime*) VII. 17.

acerbus. *translate.* = *durus, tristis, incommodus:* Mihi autem videtur acerba semper et immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant V. 5. O triste plane acerbumque funus! V. 16. Tristem et acerbum casum Helvidiarum sororum! IV. 21. (*Prag.* tristi et acerbo casu . . . afficior dolore, *quod sane multo concinnius esse videtur.*) — *Cum dat.:* Quam triste hoc ipsi, quam acerbum mihi, si VIII. 1. quod quamquam invitis et recusantibus (*decurionibus*) minus acerbum erit, leviore usura constituta X. 62. — Retracto enim actiunculas quasdam, quod post intercapedinem temporis et frigidum et acerbum est IX. 15. (*quae recte interpretatus est Gesner.*) Acerbe. *transl.* = *aspere:* ne quando tu quoque filium tuum acerbius duriusque tractares IX. 12.

acies. = *pugna:* qui nunquam in acie steterunt, nunquam castra viderunt II. 7.

acor. *transl.:* hortor, ut iucundissimum genus vitae nonnullis interdum quasi acoribus condias VII. 3. (*sic cum Pal., Voss. et Arnzen. cod. legendum est, quod vel invito Prag., in cuius verba alioquin iurare solet, ipse Titzius ex melioribus editt. servavit. Locus noster unus esse videtur, in quo nomen* acor *translate positum est, id quod Plinius additamento* quasi *mitigare voluisse videtur.*)

acquiesco. *transl. cum ablat.:* sic recens dolor animi consolationes reiicit ac refugit, mox desiderat, et clementer admotis acquiescit V. 16. Magno tamen fomento dolor meus acquiescet, si IV. 21. (acquiescit *ap. Titzium error typoth. esse videtur.*) Sed quamquam his solatiis acquiescam VIII. 16. Gratum est, quod nos requiris, gratum, quod his fomentis (*sc. meis libellis*) acquiescis VI. 7.

acquiro. = *accipere, parare* 1.: ut nihil de die perdunt (*ver et auctamnus*), ita de nocte parvulum acquirunt IX. 40. — Intelligentia ex hoc et iudicium acquiritur VIII. 9. male terrore veneratio acquiritur VIII. 24. — 2. *cum dat. pers.* quae licet fortuita et inania putentur, illi tamen plurimum venerationis acquirunt I. 10. quid viribus, quid corpusculo acquireres VI. 4. (*sed Med., Prag. et Aldi cod.* apparares *exhibent. cf. Cort.*) non ex metu nec terrore hominum, aut criminibus maiestatis, reverentiam nomini meo acquiri *Trai.* X. 86.

actio. *Usu forensi.* 1. *Process, Gerichtsverhandlungen:* Scribis, te perterritum somno vereri, ne quid adversi in actione patiaris I. 18. (*somnium*) egregiam actionem (*i. e. felicem caussae exitum*) portendere videtur I. 18. illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famae patefecit I. 18. unde plures actiones? III. 9. singulis actionibus *ibid.* actione tertia *ibid.* §. 19. in extrema actione *ibid.* §. 20. quod semper haruspices consulebat de actionis eventu VI. 2. Finitis actionibus Caesar . . . inquit VII. 10. — 2. *Gerichtliche Reden:* At aliud est actio bona, aliud oratio I. 20. §. 9. persuasum habeo, posse fieri, ut sit actio bona, quae non sit bona oratio, non posse non bonam actionem esse, quae sit bona oratio *ibid.* — Est enim oratio actionis exemplar *ibid.* §. 10. — Sequitur ergo, ut actio sit absolutissima, quae maxime oratio-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nis similitudinem expresserit *ibid.* sic in actione plura quasi semina latius spargo *ibid.* §. 16. At est gratior multis actio brevis *ibid.* §. 23. — Actionem a te frequenter efflagitatam et a me saepe promissam exhibui tibi II. 5. in ceteris actionibus *ibid.* §. 3. relicuae partes actionis *ibid.* §. 6. nisi prius totam actionem cognoveris *ibid.* §. 10. omniaque actionis suae vela vir movendarum lacrymarum peritissimus, quodam velut vento miserationis implevit II. 11. §. 3. (*cf. Cort.*) inchoari poterat actio II. 11. huius actionem vespera inclusit *ibid.* actiones, quae recitantur II. 19. Actionem meam, ut proelia solet, nox diremit IV. 9. §. 9. Mihi successus actionis silentium finemque suadebat *ibid.* §. 10. Erat enim periculum, ne relicua actio mea et frigus, ut deposita, et taedium, ut resumpta, pateretur *ibid.* § 11. ut priore actione incitati magis, quam satiati (*animi*) viderentur *ibid.* §. 12. si haec eadem in actione . . . contigerit mihi . . . dicere IV. 17. ut actione mea . . . testatum est IV. 21. Commendabat actionem, quod . . . graviter loqueretur IV. 22. rescribere actiones V. 8. tota actione . . . operam dedit V. 14. In actionibus enim utramque in partem fortuna dominatur V. 20. Quare iustam (*rem*) non sum epistola exsecuturus, ut desideres actionem *ibid.* Postea actionem meam, utcunque potui, recollegi: addidi multa IX. 13. — 3. *Vortrag:* quum (*Domitius Afer*) . . . diceret graviter et lente (hoc enim illi actionis genus erat) II. 14. — 4. *gratiarum actio:* me teque et gratiarum actione et laude celebratos (*esse*) VII. 32. gratiarum actio mea (*i. e. Panegyricus*) *Pan.* 1. privatas gratiarum actiones *Pan.* 4. Hoc secreta nostra, hoc sermones, hoc ipsae gratiarum actiones agant *Pan.* 53. publica gratiarum actione perlata (*Ernest.* peracta) *Pan.* 90.

actiuncula. = *kleine gerichtliche Rede:* Retracto enim actiunculas quasdam (*sic plurimi legunt; scriptura aliquorum librorum* ratiunculas *nil aliud esse videtur, nisi corrupta glossa* oratiunculas) IX. 15.

actito. si scieris, illum aliquamdiu caussas actitasse (*Processe geführt*) III. 5.

actor. 1. *ante iudices:* Sequuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti mancipes II. 14. fama non unius actoris (*i. e. multorum*) II. 19. Praetorius hic modo inter eloquentissimos caussarum actores habebatur IV. 11. Tanta conversio . . . actoris constantiam subsecuta est IX. 13. §. 18. — 2. *in scena:* sed scenam et actores VII. 17. — 3. *in domo:* sub eodem procuratore ac paene iisdem actoribus habere (*praedia*) III. 19. agrum ex meis, longe pluris, actori publico mancipavi VII. 18. Dicitur actori atque etiam procuratori tuo *Pan.* 36. (*De his oeconomis cf. Intpp. ad III.* 19., *VIII.* 18. *et Pan.* 36., *et praeter VV. DD. ap. Forcell. et Pitisc. Lex. Antt.: Vavassor de vi et usu etc. p.* 469. *ed. Kapp., Beckeri Gallus I. p.* 108. *et Le Clerc Des Journaux p.* 215 *sq.*).

actum. acta. nobis sic rusticis urbana acta perscribe IX. 15. — Ego, quia sciebam acta Bassi rescissa (*esse*) X. 64. — (*liber*) est in publicis actis V. 14. quum sit in publicis actis VII. 33. quae vos, P. C., . . . in publica acta mittenda . . . censuistis *Pan.* 75. (*De variis actorum generibus cf. Intpp. ad Plinii locc., VV. DD. ap. Forcell., Pitisc. Lex. Antt. s. v., Beckmann Beitr. zur Gesch. der Erfindd. II. p.* 232., *IV. p.* 306 , *Baehr. Gesch. d. röm. Litt.* §. 202. *et in Erschii et Grub. Encycl., Böttcher. Lex. Tacit.* — *Nostris temporibus de industria de illo instituto egerunt: Schlosser: „Ueber*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

die Quellen der spätern lat. Geschichtschreiber, besonders über Zeitungen, öffentl. Bekanntmachungen, Archive und deren Benutzung unter den Kaisern" in Schlosseri et Berchtii Archiv für Gesch. u. Litt. I. 1. p. 80—106.*; et I. Vict. Le Clerc: „Des Journaux chez les Romains, recherches précédés d'un mémoire sur les Annales des Pontifes et suivies de fragments des journaux de l'ancienne Rome. Paris.* 1838.).

actus. us. 1. *agendi ratio, munus:* quum (*Maximus*) ad pristinum actum reversus fuerit *Trai.* X. 37. Actum, quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis caussis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es *Trai.* X. 98. (*cf. Buchner., Catan. et Longol. ad ll. ll.*) vim effectumque censurae, tuum propositum, tui actus obtinebunt *Pan.* 45. — 2. *Caussae forenses:* Nunc me rerum actus modice, sed tamen distringit IX. 25. (*cf. Buchner.*).

aculeus. *translate:* relinquere vero aculeum in audientium animis is demum potest, qui non pungit, sed infigit I. 20. (*auditorum intentio*) nullis extrinsecus aut blandimentis capta aut aculeis excitata II. 19. tum etiam comparationis aculeis excitabantur IV. 5. — Confido tamen, me non sic auribus duci, ut omnes aculei iudicii mei illarum delinimentis refringantur. Hebetentur fortasse, et paullulum retundantur, evelli quidem extorquerique non possunt. III. 15. (*cf. Intpp. et Quinctil. X.* 5. 16.: ipse ille mucro ingenii quotidiana pugna retundatur).

acumen. *transl.:* Summum est (*in illa*) acumen, summa frugalitas IV. 19.

acuo. *transl.* = *incitare:* seu quod desiderium absentium nihil perinde ac vicinitas acuit VI. 1. Acuuntur isto integritatis et industriae pretio similes, dissimiles alliciuntur *Pan.* 44. — *seq. praepos.* ad: Acuant ad bonas artes iuventutem . . . tanta praemia proposita: acuent principes viros ad liberos suscipiendos II. 7.

acutus. *transl.* 1. *de cibo* = *pikant:* Ut enim, si coenam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque miscerem, ut obtusus illis et oblitus stomachus his excitaretur VII. 3. — 2. *de ingenio:* Erat homo ingeniosus, acutus, acer III. 21. Erat enim acutus natura, usu exercitatus V. 5. Vides, quam acuta omnia, quam apta, quam expressa! IV. 27. — *Adverbium.* Cornutus Tertullus censuit ordine movendum: acutius Nerva, in sortione provinciae rationem eius non habendam. II. 12. (*sed praestat scriptura* Acutius Nerva, *qui fuit Collega Iulii Ferocis, testante Almeloveenio Fast. conss. ad annum* 853. *u. c.* (100. *p. Ch.*), *excitato iam ab Ernesto. cf. Intpp. copiosissimos ad h. l. et Schwarz ad Pan. p.* 284.).

[ad *praepos. propter spatii angustias omittimus*].

adaequo. *transl., cum dat.:* Arduum erat, has precationes tuas laudibus adaequare: adaequavimus tamen (*i. e precationibus tuis laudes adaequare; nisi praetuleris,* laudibus *pro ablativo accipere.*) *Pan.* 72. quibus (*senibus*) nunc honore adaequatus est II. 7.

adamo. Plures . . . villas possidebat, adamatisque novis (*lieb gewonnen*), priores negligebat III. 7.

adaugeo. *transl.:* quae (*laetitia*) tamen ipsa cum ingressu tuo crevit, ac prope in singulos gradus adaucta est *Pan.* 22.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

addico. *Usu forensi:* Miraris, quod Hermes, libertus meus, hereditarios agros . . . Corelliae addixerit VII. 11. quas epistolas Hermes tulit, exigentique (*Corelliae*), ut statim portionem meam sibi addiceret, paruit *ibid.*

addisco. 1. = *discere:* Nos . . . multum malitiae, quamvis nolimus, addiscimus (*anlernen*) II. 3. — 2. = *hinzu lernen:* quotidie tamen aliquid addiscere IV. 23.

addo. 1. *cum dat.:* a. et necdum satis humentes terras addiderat (*amnis*) arentibus *Pan.* 30. si addidero porticus aedi IX. 39. Interim publicis servis paucos milites addidi (*sc. ad asservandas custodias*) X. 30. quos istis (*libellis*) addere velis IV. 26. — et nostra quoque nomina addentur fastis *Pan.* 92. — Addidisti ergo calcaria sponte currenti I. 8. (*cf. Cort.*) — quam (*pecuniam*) buleutae addunt beneficio tuo, aut iam obtulerunt ob introitum, aut nobis exigentibus conferent X. 48. (*qui locus, sicut exhibuimus, quum careret idonea interpretatione, Casaubonus coniecit* additi, *ut* beneficio tuo *essent ablativi; qua coniectura nihil planius; alii aliter verba tentarunt. cf. Intpp. Nisi altior corruptio insidet, quam divinatione assequi non liceat, non inconveniens, quamvis non elegans sententia oritur, ubi pro priore particula* aut *posuerimus* et). — Nam duodecim clepsydris . . . additae sunt quattuor II. 11. — Huic vitio uno remedio occurri potest, si parentibus solis ius conducendi (*praeceptores*) relinquatur, iisdemque religio recte iudicandi necessitate collationis addatur (*die Pflicht auferlegt wird*) IV. 13. — b. paullisper se intra silentium tenuit, quod illi plurimum auctoritatis addebat (*verlieh*) IV. 17. ingenio vim et amaritudinem dolor addidit (*Prag.* addit) IV. 20. multum tamen perpetuitati eius scriptorum tuorum aeternitas addet VI. 16. nihilque vobis felicitas addidit, nisi *Pan.* 83. ut . . . tantisque muneribus addas perpetuitatem *Pan.* 94. quibus (*ducibus*) imperatorium nomen addebant contecti caedibus campi *Pan.* 12. Huius aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriae *Pan.* 29. ut ille multum virtutibus suis addidit (*cf. Io. Chr. Th. Ernest.*) I. 10. qui (*Catullus Messalinus*) luminibus captus (*vulg.* orbatus) ingenio saevo mala caecitatis addiderat IV. 22. Caesari scripsit Aticinus: flagitiis addidit, ut, quem deceperat, accusaret VI. 22. monstres aliquid, quod his addam VII. 17. quae exsecutio prioribus (*sententiis*) aliquid addentium VIII. 14. His (*studiis*) quaedam addidi in villa IX. 10. Addebat his (*sc. argumentis*) et litteras tuas scriptas sibi: addebat et patris tui edictum X. 66. — Neque enim ullam necessitatem muneribus tuis addis *Pan.* 36. — gratum (*erat*), quod tantum non ultro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderes *Pan.* 23. (*sed* cl. sal. *abll. abss. esse possunt*). — 2. *cum praepos.* ad: Ad haec ego genera caussarum, ambitiose fortasse, addam tamen claras et illustres (*hinzurechnen*) VI. 29. — Igitur iis, qui pluris, quam decem millibus emerant, ad illam communem et quasi publicam octavam (*partem*) addidi decimam eius summae, quae decem millia excesserat VIII. 2. — 3. *cum praepos.* post: Merito tibi ergo post ceteras appellationes haec est addita, ut maior *Pan.* 88. — 4. *cum adverb.* huc: Habes aestate, hieme consuetudinem: addas huc, licet, ver et auctumnum (*nimm dazu*) IX. 40. — 5. *sine dat. aut particula:* addebat (*candidatus*) quosdam ex suffragatoribus III. 20. Quin etiam tutelae caussa, quia desiderabat, addidi duos equites X. 36. — manum eius (*matris*) amplexus, addere gradum cogo (*ich nöthige sie*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

zum Vorwärtsschreiten) VI. 20. — si quas (*epistolas*) addidero I. 1. addit preces suas I. 5. si hos quoque putabis addendos (*sc. honores in tabula*) III. 6. litteram non addam (*epistolae*) III. 9. si qua existimatis addenda III. 10. addere vocem immortalem ac paene divinam III. 16. addidi alios (*elegos*) facilitate corruptus IV. 4. non alienum existimavi, ne te torqueres, addere statim pressius quiddam et exilius VII. 12. addidi multa (*recolligendo actionem*) IX. 13. Unum illud addam: IX. 31. ne, dum servare volumus, quod impensum est, male impendamus, quod addendum est X. 48. — nec poena cuiquam remissa, sed addita est ultio *Pan.* 36. Iam quid tam civile, tam senatorium, quam illud additum a vobis Optimi cognomen *Pan.* 2. — Addebat (*Piso*) etiam temporis spatium, postulabatque, ne id, quod pro multis et olim accepisset, cum eversione relicuae dignitatis reddere cogeretur (*er fügte als Entschuldigungsgrund hinzu, dass die Sache verjährt sei*) X. 111. — et furta (*amatoris*) novas addentia flammas IV. 4. *versu.* — Addebat fidem (*es machte die Sache glaublich*), quod credibile erat, neminem hoc ausum sine auctore X. 40. — nisi hoc, quod relicuum est, studii addidero (= *impendero*) V. 8. — Adde, quae de eodem Pericle comicus alter (*nimm dazu*) I. 20. Addam (*epistolae*), quod . . . succurrit III. 14. — animadvertis, ut non contenta lex dicere: ALIA, addiderit: OMNIA VIII. 14. — 6. *seq.* ut: Additur (*senatusconsulto*), ut Pallas . . . fructum . . . ferat VIII. 6. Additum est (*senatusconsulto*), ut pecuniae . . . revocarentur III. 9. §. 17. Additum est, ut, qui . . . vicesimam deberent, . . . non inferrent *Pan.* 40. — 7. *seq. acc. cum inf.:* Addidi, hunc ordinem me in scribendo sequi, ut VIII. 21. Addidit etiam, petendum a consulibus (*esse*) VI. 5. Addunt etiam (*homines*), non fuisse ei liberum, alio testamento mori VIII. 18. addis etiam, melius rectiusque Frontinum (*fecisse*) IX. 19. — 8. *Adde quod:* Adde, quod difficile est tenere, quae acceperis VIII. 14. Adde, quod . . . congruens erat *Pan.* 38. — 9. *Singularis locutio est* III. 8.: Addiderunt Baetici, quod simul socios ministrosque Classici detulerunt (*ubi omnes difficultates evanescunt, quas Intpp. plurimas moverunt, si* addiderunt *illud absolute positum vertamus: Die B. gingen noch einen Schritt weiter, indem sie etc.*)

addubito. 1. *absolute:* Faciam, quia hortaris; quamvis vehementer addubitem. II. 19. — 2. *seq.* an: Ego contra vehementer addubitem, an sit potius id tempus, quo εἰςήλασαν (*iselastici*), intuendum X. 119.

adduco. 1. *proprie:* atque etiam ipse adduxerat puerum (*sc. mihi*) IV. 13. — Potest enim lacus fossa usque ad flumen adduci, nec tamen in flumen emitti X. 69. — 2. *transl.:* a. adductus affinitatis officio II. 4. (*sed Rom., Brummeri Excerpta et Prag., ut Cort., habent* ductus „*magis ad aurium sensum*" *iudicante Schaefero.*) — b. in discrimen adduxit (*legatos*) III. 9. §. 36. et alioquin meus pudor, mea existimatio, mea dignitas in discrimen adducitur II. 9. in summum discrimen adducta (*neptis*) VIII. 10. et in summum discrimen adducta respublica *Pan.* 41. Augebat auctoritatem iubentis in summum discrimen auctoritas eius adducta *Pan.* 10. — c. in spem adducor, posse fieri, ut III. 18. His ex caussis in spem certissimam adducor, perpetuam nobis . . . futuram esse concordiam IV. 19. — d. = *veranlassen: seq.* ad: ad quod petendum, voto primum, deinde bono quodam adducimur IV. 15 — *seq.* ut: His ex caussis non adducor, ut duo dissimilia . . . confundam misceamque V. 8. Ego ut esse credam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(*phantasmata*), imprimis adducor, quod audio accidisse Curtio Rufo (*sic Prag.; Med.* in primis educor, *in quo aut* educor, *aut scriptura aliorum librorum* imprimis eo ducor *latet*) VII. 27. Quo magis adducor, ut neutrum (*vestrum*) falli putem VIII. 3. — *absolute:* Ais, te, adductum litteris . . ., cupere cognoscere VI. 20.

adductus. *transl.:* Nam in concionibus (*Saturnini. cf. Intpp.*) eadem, quae in orationibus, vis est: pressior tamen et circumscriptior et adductior (*gezügelter, gemessener, „compendiosior. Non enim latius evagatur, neque digressionibus gaudet.“ Catan. cf. Io. Ch. Th. Ernest.*) I. 16.

adeo. (*verbum*). 1. de *loco.* a. *cum accus.:* ubi monumentum eius (*Virgilii*) adire, ut templum solebat III. 7. (*de more illo cf. Cort.*). Alloquitur (*Martialis*) Musam, mandat, ut domum meam Esquiliis quaerat, adeat reverenter III. 21. adeant, frequentent securas tandem ac patentes domos *Pan.* 42. Athenas esse, quas adeas VIII. 24. atque inter haec pia mente adire lucos (*sacros*), et occursare numinibus *Pan.* 81. — b. *absolute:* Vis constare reverentiam magistratibus, legibus auctoritatem, modestiam postulantibus? adi (*sc. tribunal.*) *Pan.* 60. (*sed cf. Intpp.*) Proxime, quum dicturus apud centumviros essem, adeundi mihi locus nisi (*Prag. omitt.*) a tribunali, nisi per ipsos iudices, non fuit: tanta stipatione cetera tenebantur IV. 16. — c. *passiv.:* Aditur (*villa*) non una via: nam et Laurentina et Hostiensis eodem ferunt II. 17. Hac (*porticu*) adeuntur diaetae duae V. 6. §. 31. Sed area, ex qua diaeta adibatur VI. 16. — 2. de *personis:* a. *cum accus.:* Postea mater adiit principem VII. 6. Adibat aliquis (*Traianum*) ut principem: respondebat, se consulem esse *Pan.* 77. Pulchrum imperio, gloriosum tibi, quum te socii atque amici, sua in patria, suis in sedibus adierunt *Pan.* 56. omnes tamen antequam te viderent adirentve, recipi, incidi iussisti *Pan.* 26. Non adire quisquam, non alloqui audebat (*Domitianum*), tenebras semper secretumque captantem *Pan.* 48. Postero die adit magistratus, monet, ut VII. 27. adeamus consules, petamusque, ne . . . sinant VII. 33. Adiit enim me indicavitque X. 64. interroga hunc, quem relegaverat (*Bassus proconsul*), an adiisset docuissetque proconsulem (*novum*) *ibid.* — b. *absolute:* adeunt (*sc. cives principem*) statim *Pan.* 79. — c. *passiv.:* quia scribam, in urbe nostra ex eiusmodi caussis collegium pontificum adiri solere X. 73. Durum est, iniungere necessitatem provincialibus pontificum adeundorum X. 74. *Trai.* (*cf. Rittershus.*). — 3. *de rebus. cum accus.:* a. Laeti ergo adite honores, capessite civitatem *Pan.* 39. — b. Rogavit enim testamento, ut hereditatem suam adirem, cerneremque X. 79. an adires heriditatem II. 4. — c. ut mihi non unus homo, sed litterae ipsae omnesque bonae artes in uno homine summum periculum adire videantur I. 22. Itaque non ut alias attoniti, nec ut periculum capitis adituri tarditate, sed securi et hilares . . . convenimus *Pan.* 48. — gratulare etiam litteris ipsis, quae ex periculo eius tantum discrimen adierunt, quantum ex salute gloriae consequentur IX. 22. — d. et quam pro me sollicitudinem non adii, quasi pro me altero patior II. 9.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf